
**De Orphei Epimenidis Pherecydis Theogoniis
Quaestiones Critica (Italian Edition)**

Kern Otto

Title: De Orphei Epimenidis Pherecydis Theogoniis Quaestiones Critica (Italian Edition)

Author: Kern Otto

This is an exact replica of a book. The book reprint was manually improved by a team of professionals, as opposed to automatic/OCR processes used by some companies. However, the book may still have imperfections such as missing pages, poor pictures, errant marks, etc. that were a part of the original text. We appreciate your understanding of the imperfections which can not be improved, and hope you will enjoy reading this book.



1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1

ERNESTO CURTIUS
HERMANNO DIELS
CAROLO ROBERT

PIETATIS ERGO.

154317



CAPUT PRIMUM.

DE THEOGONIIS ORPHICIS.

LOBECKIUS, vir immortalis memoriae, postquam in Aglaophami sui parte altera theogoniae Orphicae dispersas reliquias collegit disposuit emendavit, paucos invenit, qui vel probata defenderent vel incohata perficerent. Immo plerique in ΖΟΪΓΑΕ¹⁾ opinione acquiescere maluerunt, qui Orphicorum theogoniam rhapsodicam (τὴν ἐν ταῖς γερομέναις ἑαψοδίας Ὀρφικαῖς Θεολογίαν Damasc. de prim. princ. p. 380 K.), quam ille saeculo a. Chr. sexto notam fuisse censet, in Christianorum saecula detrudebat. Inter eos qui Lobeckii rationes hac aetate acerrime refutare studebant, eminent et acuminis et doctrinae laude PAULUS SCHUSTERUS (de veteris Orphicae theogoniae indole atque origine diss. Lips. 1869), qui plurimorum nunc assensum tulisse videtur. Cum hoc igitur viro imprimis res erit mihi, qui Lobeckii immerito spretam sententiam iam vindicare et contra obtrectatorum commenta stabilire in me receperim, ut tandem aliquando apertum fiat, quam recte de rhapsodiarum indole et aetate is iudicaverit, qui fragmentorum immensam molem primus collegit ac digessit²⁾. Priusquam autem causas a Schustero

¹⁾ Georg Zoëgas *Abhandlungen. Herausgegeben und mit Zusätzen begleitet von F. G. Welcker* Göttingae 1817 p. 211 ss.

²⁾ Typothetae hunc libellum tradituro ecce mihi adfertur O. Gruppiliber: *Die griech. Culte und Mythen in ihren Beziehungen zu den orientalischen Religionen I Einleitung* Lipsiae 1887, cuius extrema pars agit de theogoniis Orphicis. Quare in adnotationibus tantum afferre possum, quae Gruppiliber in hac quaestione seu profecisse seu minus recte statuisse videtur. In eo autem vehementer cum eo consentio, quod Rhapsodiarum theogoniam iam sexto a. Chr. saeculo extitisse iudicat.

contra Lobeckium prolatas accurate examinabimus atque eruere conabimur, quo fere tempore Rhapsodiarum theogonia confecta sit, e re erit demonstrare, quae fuerit huius theogoniae indoles ac progressus. Nam fragmenta in Aglaophamo mira cum sollertia collecta non tam dilucide disposita sunt, ut facile rationem eius qui hoc carmen condidit perspicere possimus. Itaque hic non omnia fragmenta congeram, sed ea tantum afferam, quae ad theogoniae summam intellegendam necessaria sunt, atque cum ea quae a Schustero contra Lobeckium prolata sunt imprimis ad priores theogoniae partes pertineant, de exordio potissimum Rhapsodiarum accurate dicemus. De ceteris mox alio loco me fusius acturum esse spero. Summo autem iure a Lobeckio omnes theogoniae Orphicae versus qui apud Neoplatonicos inveniuntur Rhapsodiarum carmini a Damascio lecto adscriptos esse omnes consentiunt, cf. Schusterum p. 2, Gruppium p. 635.

Initium capiunt Rhapsodiae a Chrono, tempore illo infinito, sine quo nulla res quae creata est cogitari potest³⁾. Locus longe gravissimus invenitur apud Damascium l. l. *ἐν μὲν τοίνυν ταῖς φερομέναις ταύταις ῥαψωδίαις Ὀρφικαῖς ἢ (Marc.) Θεολογία δὴ* (Cod. Oxon. fol. 155 Bentleyi sec. Koppium, δέ Marc.) *τίς ἐστὶν ἢ περὶ τὸ νοητόν, ἣν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντὶ μὲν τῆς μᾶς τῶν ὄλων ἀρχῆς τὸν χρόνον τιθέντες . . .* Lob. 483, Abel fr. 48. 50⁴⁾. Hunc autem deum

³⁾ Procl. in Plat. Parmen. VII 230 p. 953 Stallbaum *χρόνος δὲ ἐπὶ Ὀρφικῶς ὀνομάζεται κατὰ δὴ τινὰ θανμαστικὴν ἀναλογίαν. γενέσεις γὰρ ὁ θεολόγος τῶν ἀγεννήτων μυστικῶς παραδοῦς καὶ τὸ αἴτιον τῆς ἐκτίσεως τῶν θεῶν (θεῶν?) χρόνον συμβολικῶς ὀνόμασεν ὅπου γὰρ γένεσις, ἐκεῖ καὶ χρόνος* cf. eundem in Plat. Crat. 71 Boisson., in Tim. 86 B p. 202 Schn., cf. Lobeckium Agl. 470 Abelii Orphica (Lips. 1885) fr. 50. Similia de Homeri Saturno Heracl. Alleg. Hom. p. 86 s. Mehler.

⁴⁾ Ut fere omnes Neoplatonicorum libri hodie neglecti ac librarium vitii obruti iacent, sic Damascii Quaestiones de primis princ.

principem *Χρόνον* non *Κρόνον* dici iamdudum a Zoëga (*Abhdlg.* 229) intellectum est, ita ut omnes loci ad Rhapsodi-
diarum initium pertinentes ubi in codicibus *Κρόνος* legitur
corrigendi sint velut Dam. 147 K. (fr. 53 Ab.), cf. Lobeckium
Agl. 470. 475. 482⁵⁾.

Pergit Damascius ἀντὶ δὲ τοῖν δυοῖν ἀρχαῖν αἰθέρα καὶ
χάος τιθέντες. Gravior autem hic Simplicii locus est in
Aristot. Phys. p. 528, 13 Diels: *Ἀηλοῖ δὲ (Χάος Ἡσιόδου)*
οὐ χώραν ἀλλὰ τὴν ἀπειροειδῆ καὶ πεπληθυσμένην τῶν θεῶν
αἰτίαν, ἣν Ὀρφεὺς χάσμα πελώριον ἐκάλεσε. μετὰ γὰρ τὴν
μίαν τῶν πάντων ἀρχήν, ἣν Ὀρφεὺς Χρόνον ἀννυμεῖ ὡς μέτρον
οὔσαν τῆς μυθικῆς⁶⁾ τῶν θεῶν γενέσεως, αἰθέρα καὶ τὸ πε-
λώριον χάσμα προελθεῖν φησι, τὸν μὲν τῆς περατοειδοῦς
προόδοι τῶν θεῶν αἴτιον, τὸ δὲ τῆς ἀπειροειδοῦς. καὶ λέγει
περὶ αὐτοῦ·

οὐδέ τι πείραρ⁷⁾ ὑπῆν, οὐ πυθμὴν οὐδέ τις ἔδρη.

(ἀπορίας καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν) a Korpio anno 1826 tam
grave editae sunt, ut in dies vehementius atque ardentius nova editio
ab Aemilio Heitzio praeparata desideretur. Cf. Carol. Odofr. Müllerum
Gött. Gel. Anz. 1829 p. 397. Quod nonnullis locis ego codicis arche-
typi (Marc. 246) lectiones praebere possum, hoc velim referant ii qui
hanc commentationem legent ad HEITZII benevolentiam insignem, cui
hoc loco etiam publice summas agere gratias mihi liceat. De duobus
Damascii codicibus bibliothecae Marcianae confer praeter Heitzium in
commentationibus Argentoratensibus in honorem Eduardi Zelleri 1884
p. 12 ss. A. Jordan Herm. XIV 262 ss., Ruelle *Notice du codex Mar-*
cianus 246 cont. le traité du philosophe Damascius Mélanges Graux
547 ss. — Heitzio quoque debentur nova quaedam Orphicorum frag-
menta quae ex Damascii libro inedito in cod. Marc. 246 servato ex-
cerptis et ut primus ederem benigne concessit cf. Ruelle *Revue ar-*
chéol. Nouv. Série I (1860) p. 180 ss., 250 ss., 307 ss., III (1861) p. 488.

⁵⁾ Cf. Procl. in Crat. 64 Boisson. (Agl. 470): *Ἀναλογεῖ γὰρ αὐτῇ*
(τῇ μὲν τῶν πάντων αἰτίᾳ ὁ Κρόνος) μόνον, ὡς καὶ Ὀρφεὺς τὴν πρώτην
πάντων αἰτίαν Χρόνον καλεῖ ὁμωνύμως σχεθὸν τῷ Κρόνῳ (Abel fr. 50).

⁶⁾ Fortasse *μυστικῆς* cf. Procl. in Parm. VII 230 p. 953 Stallb.
(cf. adnot. 3): *γενέσεις γὰρ ὁ θεολόγος τῶν ἀγεννήτων μυστικὰς*
παραδούς.

⁷⁾ *πείρας* Procl. in Parm. VI 101 p. 874 Stallb. — *πείρας* idem in
Tim. 117 D p. 276 Schn.

Cf. Procl. in Tim. 117 C p. 276 Schn. Lob. 472, Abel fr. 52⁸).

Quo autem modo Chaos et Aether cum primo illo infinito Tempore coniuncta fuerint, ex his locis intellegi nequit; nam cave ne nimis tribuas Simplicii verbis *μετὰ γὰρ τὴν μίαν τῶν πάντων ἀρχὴν . . . ἀΐθέρα καὶ τὸ πελώριον χάσμα προελθεῖν*. Semper enim id student Neoplatonici, ut ante principiorum dyadem unum principium extare demonstrarent. Cuius erroris sive fraudis exempla tria exhibebo. Pherecydis Syrii theogoniae exordium extat apud Laertium Diogenem I 119 *Ζᾶς μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη* (cf. caput tertium). Damascius autem quamvis agnoscat aeternam huius triadis naturam, tamen Eudemi verbis (*Φερεκύδης δὲ ὁ Σύριος Ζάντια μὲν εἶναι ἀεὶ καὶ Χρόνον καὶ Χθονίην* [Eudemi fragmenta a Spengelio iterum edita p. 170 fr. CXVII] p. 384 K.) suam addit hanc interpretationem: *τὰς τρεῖς πρώτας ἀρχάς, τὴν μίαν γῆμι πρὸ τῶν δυοῖν, καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν*. Alterum exemplum invenitur apud eundem p. 384 K. (Eudem. p. 172 fr. CXVII Sp.), ubi de Magis disserit. Ubi denique ante duo principia unum deesse illis videtur velut in theogonia Epimenidea, addit Damascius p. 383 K. (Eudemi fr. p. 170): *δηλονότι σιγῇ τιμήσαντα τὴν μίαν πρὸ τῶν δυοῖν*.

Ex illis igitur locis ubi Chronum ante Aethera et Chaos ortum esse Neoplatonici testantur nihil lucramur. Plus autem lucis afferre videtur alius Damascii locus p. 381 ubi legitur *οὗτος γὰρ ἦν ὁ πολυτίμητος ἐν ἐκείνῃ* (sc. in Rhapsodiis cf. Schusterum p. 83 adn. 1) *Χρόνος ἀγήραος⁹ καὶ Αἰθέρος καὶ Χάους πατήρ*. Quae si recte a Neoplatonico relata sunt, pro certo statui potest in Rhapsodiis Aethera et Chaos a Chrono progeneratos esse, sicut adhuc omnes viri

⁸) Cf. Hesiodi theog. v. 386 s. de Stygis ac Pallantis stirpe:

*τῶν οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε Διὸς δόμος, οὐδέ τις ἔδρη
οὐδ' ὄδος, ὅππῃ μὴ κείνοισ θεὸς ἡγεμονεύῃ.*

⁹) Formae vulgatae ἀγήρατος (e. g. apud Koppium et Abelium) Lobeckius 485 adn. poeticam formam ἀγήραος praefert, quam coniecturam cum cod. Marciani lectione prorsus consentire me docuit Heitzius.

docti Damascium secuti censuerunt. Attamen summa cautio necessaria est; nam maiora etiam eis quae modo dixi a Neoplasticis peccantur. Suum enim in usum theologorum antiquissimorum versus levissime ita interpretantur, ut res seiunctas contrahant, coniunctas distrahant. Quae res ut illustretur tria iterum exempla afferam, quia theologorum veterum doctrinas non prius accurate enucleari posse credo, quam Neoplasticorum, qui soli fere illa servarunt, rationes penitus perspexerimus¹⁰⁾.

Apud Dam. p. 383 K. (Eudem. fr. CXVII p. 170 Sp.) de Acusilai cosmogonia haec leguntur ex Eudemo excerpta: *Ἀκουσίλαος δὲ χάος μὲν ὑποτίθεσθαι μοι δοκεῖ τὴν πρώτην ἀρχὴν, ὡς πάντη ἄγνωστον, τὰς δὲ δύο μετὰ τὴν μίαν, Ἐρεβος μὲν τὴν ἄρρητα, τὴν δὲ θήλειαν Νύκτα, ταύτην μὲν ἀντὶ (om. Spengelius) ἀπειρίας, ἐκείνην δὲ ἀντὶ πέρατος· ἐκ δὲ τούτων φησὶ μιχθέντων αἰθέρα γενέσθαι καὶ Ἐρωτα καὶ Μητριν, τὰς τρεῖς ταύτας νοητὰς ὑποστάσεις, τὴν μὲν ἄκραν αἰθέρα ποιῶν, τὴν δὲ μέσσην Ἐρωτα κατὰ τὴν φυσικὴν (φυσικὴν Speng.) μεσότητά τοῦ ἔρωτος, τὴν δὲ τρίτην Μητριν κατ' αὐτὸν ἤδη τὸν πολυτίμητον νοῦν. Cum his vehementer discrepare quae ex eiusdem theogonia apud schol. Theocr. id. XIII, 1 (cf. schol. Ap. Rhod. III 26 p. 450, 33 Keil.) de Amoris parentibus leguntur omnes agnoscunt (Sturzius, Acusilai fragmenta XXIX p. 222): *ἀμφιβάλλουσι τίνας υἱὸν τὸν Ἐρωτα <χρὴ νομίζειν>. Ἡσίοδος μὲν ἐκ Χάους καὶ Γῆς¹¹⁾ Σιμωνίδης Ἐρεως καὶ Ἀφροδίτης, Ἀκουσίλαος Νυκτὸς καὶ Αἰθέρος Σαπφῶ Ἀφροδίτης <ἢ Γῆς> καὶ Οὐρανοῦ; cf. Wilamowitzii Antigonum Carystium p. 70.**

Ut Neoplasticis omnia triadibus contineri putant¹²⁾, ita in eis quae Damascius de Acusilai cosmogonia refert

¹⁰⁾ Triadum rationem quam Damascius secutus videtur esse, fusius exposuit Gruppianus p. 634.

¹¹⁾ Facile perspicimus Crantoris errorem vel eius qui hunc catalogum confecit, cf. Wilamowitzii Antigonum p. 70.

¹²⁾ Hoc imprimis cadit in Proclum (Zelleri Hist. phil. gr. III 2³, 787 ss.) et Damascium (cf. eundem l. I 837 ss.).

huius rei luculentum invenitur exemplum. Habes enim illic Amorem Noctis et Aetheris filium, de qua prosapia non est quod dubitemus. Damascius vero duas hinc triadas efficit, cum Aethera Amoris patrem per triadem cum filio arte coniungit et Amorem duas in personas distrahit; nam verisimillimum est *Μῆτιν* non esse deam illam Hesiodeam, quae Iovis coniux multo post progeneratur, sed Amorem ipsum, quem Orphicorum Rhapsodiae Phanetem aut Metin aut Eri-capaeum dicunt (cf. infra). Nihil autem dubii relinqui facile tibi persuadebis, si ea contuleris, quae de hoc Rhapsodiarum deo Damascius p. 380 docet *εἰς δὲ (Marc.) τὴν τρίτην (Ὀρφικὰς ῥαψωδίας τελεῖν) τὸν Μῆτιν ὡς νοῦν (Marc.) τὸν Ἡρικαπαῖον ὡς δύναμιν, τὸν Φάνητα αὐτὸν ὡς πατέρα*¹³.

Similiter idem p. 382 (fr. 48 Ab. cf. fr. 36), ut triadem suam efficiat, ovum in duas partes distrahit, triadis autem tertium membrum Phanetem esse statuit.

Tertium exemplum quo Neoplatonicos paulo liberius theogoniarum argumenta tractasse demonstratur hunc Hermiae locum (comm. in Plat. Phaedr. p. 144 Ast. fr. 60 Abel.) eligo, ubi de theogoniae Orphicae tribus Noctibus disserit: *τὴν μὲν πρώτην μαντεύειν φησὶν, ὃ ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης, τὴν δὲ μέσην αἰδοίαν καλεῖ, ὃ ἐστὶ σωφροσύνης, τὴν δὲ τρίτην ἀποτίκτειν φησὶ τὴν δικαιοσύνην. De Νυκτὸς τάξεσιν* alios quoque Neoplatonicos loqui video velut Proclum in comm. ad Plat. Crat. p. 52 Boisson. (Lob. 534), sed haec mitto, quia nec gravia sunt neque arcessita a Schustero, qui uno illo Hermiae loco p. 22 incaute nititur. At obsecro quid ille sibi vult? Ternas noctes discernit, quarum prima *μαντεῖον* Phanetis dei primigenii filia est. Et altera *αἰδοία* nonne plane eiusdem est stirpis, itemque tertia? Quis enim Schustero credat, qui tertiam Noctem naturalem vult esse, quam diem cottidie excipere videmus? Immo sapienter dicit Lobeckius 503: ‘de ternis Noctibus quod dicit vanum sine dubio commentum est.’ Nam ad alia nos ducit Proclus qui in Tim.

¹³) Hoc quoque loco (cf. adn. 9) Lobeckii emendationes p. 483 codicis Marciani lectionibus egregie comprobantur.

96 BC p. 226 Schn. (fr. 126 Ab.) de *Nόμω* dicit: *Καὶ τὸν Νόμον αὐτῷ (δημιουργῷ i. e. Αἴ) συγκαθιδρύων, ὥσπερ καὶ Ὀρφεὺς· κατὰ γὰρ τὰς ὑποθήκας τῆς Νυκτὸς καὶ παρ' ἐκείνου παρέδρον ποιεῖται τὸν Νόμον· ἔτι δὲ τὴν Αἴκην ὄλην ὀπαδὸν αὐτοῦ τιθέμενος (Πλάτων) ἐν Νόμοις, ὥσπερ καὶ ὁ Θεολόγος.* Vides igitur *Nόμον* cum Nocte in theogonia Orphica coniunctum fuisse. Platonis autem ipsius testimonio nondum abutor, cui posterior datus est locus. Sufficiunt autem iam ea quae attuli ad Hermiae nugas detegendas; satis est eius verba repetere de tertia Nocte: *τὴν δὲ τρίτην ἀποίικτειν φησὶ τὴν δικαιοσύνην* ac considerare, quid de *Nόμω* et *Αἴκη* Orpheus secundum Proclum dixerit. Apud hunc enim tertia Nox eadem est ac duae quae antecedunt, atque *Nόμος* et *Αἴκη* non Noctis liberi sunt sed *παρέδροι* et *ὀπαδοί*. Omnia igitur apud Hermiam confusa sunt ita ut totam argumentationem quae hoc Hermiae loco nititur perversam esse in propatulo sit.

Haec sufficiunt ad illustrandam Neoplatonicorum rationem, infra alia exempla addemus. Maxime autem in his rebus Damascius peccat qui omnia quae de theologis antiquissimis apud Eudemum invenerat suum in usum sive contrahit sive dirimit.

Quae cum ita sint, multa suadent ut eis quae de Chao et Aethere a Chrono progeneratis apud Neoplatonicos leguntur caute utamur. Offendimur enim imprimis in eo quod Chronus Chaos et Aethera progenerat, ut ex eis ovum mundanum de quo mox fusius dicemus efficiat. Cur poeta Orphicus duo illa principia Chroni stirpem esse voluerit haud intellegitur. Cur Chronus non statim ovum generat? Porro nulla extat theogonia, in qua Chaos, si proprie dicitur, non ab omnium rerum initio positum sit. Ac monendum est Meinekium F. C. G. I 318 de Antiphanis theogonia¹⁴⁾ quae

¹⁴⁾ Irenaeus c. Haeret. II 14 (19): 'Multo veri similis et gratius de universorum genesi dixit unus de veteribus comicis Antiphanes in Theogonia. Ille enim de Nocte et Silentio Chaos emissum dicit, dehinc de Chao et Nocte Cupidinem et ex hoc lumen, dehinc reliquam